

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus Monachii, 1620

Praepositi Diessenses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

FUND. MONASTER ET ALIOR. PRAEPOSITI DIESSENSES.

I.

A Nno Christie DocxxxII. primus iniit Ecclesia huius Prapositura Hartvei cus; quem priùs Decannm in Rotenbuch, fundatores nostri virtutum eins capti bono odore & nota industria, approbante Hermanno Episcopo Augusta. no, inde accinerant. Is quondam aula Bauarica Cancellarius, ad monafteriam illud fortè venerat in comitatu Principis, cum ecclesiam ad vespertinas Deilan, des'ingressus, verbailla Christi per voces cantantium accepit, Amice quomodo hin intrasti, non habens vestem nuptialem ? quæ ipse verba ad se reserens, & ornatum, fuum sericum ac versicolorem Euangelicis nuptiis parum conuenire interpretatus, mundo nuntium extemplò remisit, Canonicumq. regularem induit, Quia verò Diessense monasterium à S. Georgij ad edem S. Stephani translatum erat, eius translationis (annitentibus simul fundatoribus & Episcopo Herman. no) confirmationem com aliis privilegiis ab Innocentio I I. Pont. obtinut. Interim tamen monasterium S. Mariæ dudum cæptum, Otto Comes à Wolf. artshaulen cum propinquis suis Comitibus & Marchionibus Andexiensibus egregie vrgebat, Hartvvico etiam non impigre allaborante. Qui prater Cano. nicorum fodalitium, & fanctimoniales rexit separato clausas comobio: rexit, inquam, ea moderatione & prudentia, quam B. Mechtildis carum Præposite perspectasanctites commendat. Demumanno gubernationis XLI. seruus bonus & fidelis vocatus est in gaudium dominisui; cuius corpus ante altare S. loannis Euangelista ad parietem Aquilonarem sepultum, lætam, avasatu exspectar.

II.

Hartvvicum optimum in Christo patrem secutus est bonus filius Degenhardus, domi nobilis. Qui huic loco XXXI. annis sancte præsuit. Præteralia, solitus est, ædificia, anno eius nono, hoc est Christi Deihominis clo. c. i.xxxii. persecta est ecclesia B. Mariæ Virginis, eodémque dedicata IV. Id. Ostobris, à Dn. Ochone Bambergensi præsule, Berchtoldi Comicis ab Andex filio, præsente Hartvvico Augustæ Episcopo. Otho autem dedicationis officio minime contentus, monasterium illustrium suorum progenitorum sepultura nobile, prædiis compluribus donauit. Sepultus est Degenhardus prope januam sacelli S. Spiritus, infra Hartvvicum.

III.

Nec degenerauit Ortliebus, anno c Io. cc. 1v. cœnobio præsectus: qui quæ deerant cœnobij structuris, nauiter compleuit, auxiliarem manum strente cumprimis illustri principe Othone Duce Meraniæ (cuius parens Berchtoldus in Capitulo haud pridem tumulatus suerat) ei ús que propinquis ac samiliaribus, qui sua prædia certatim dotandæ recenti Ecclesiæ contulerant. Sed & Ortliebus ipse, antequam Præposituram inisset, erexit S. Petri Ecclesiam in-Pridriching è sundamentis de suo patrimonio, eámque postea, & plures alias parochiales Ecclesias cœnobio curauit vniendas ab Innocentio III. Rom. Pont Vt verò ad Deum expeditiori pergeret itinere, Præposituram sua sponte posuit, duobus serè ante mortem mensibus, cum cam anos circiter X X. tenusset. Sepultus est in templi vmbilico.

IV.

Successioneri Henricus vir prudens & industrius clo. cc.xxIV. Oracotium interius (chorum vocamus) ornauit sacris picturis, auxic priuilegia; & annis in munere laudabiliter exactis octodecim ac semestri vita cum morre comutauic.

V

Posteum præfuit Albertus, orsus anno elo, oc. xLII; qui vestigiis infistens decessorum, & spiritualia sollicite, & remporalia curauit diligenter. Litem quandam, que ei fuit cum loci huius municipibus, propter rarams judicij formam describere placuit ex antiquo codice. Is ergò sic habet. Nouerint vniuersi prasentem intuentes & audientes paginam, quod conuersione B. Pauli Apostoli, prasentibus Domino Conrado Decano de Winckler, qui vicemo gerebat Domini Sibotonis venerabilis Episcopi Augustani , & Hainrico judice de Starenberg; Dominus Albertus Prapositus & totus Conventus Ecclesia Diessensis, obtinuerunt sub stola sua jureiurando, quod nec ciues ibidem, nec quisquam hominum, aliquid juris habeant, vel haberes debeant ins co pradio, quod ciues pradicti nominabant locums communems, ad praiudicandams Ecclesia jurisdictionem, quod in vulgara dicitur quainde : cum illustris vir Hainricus Comes des Wolfrathusen pradium pradictum. Salia plura pradia sancta MARIA perpetua Virgini delegando tradiderit in voums fratrum ibidem jugitur Deofamulantiums. Huiss rei testes sunt, Conradus Decanus de Winckel, Gotschalcus de Widersperg, Hainricus judex de Starenberg , Hainricus de Pestenacker dictus monachus , Guntherus judex , Conradus judex des Ersingen, Meinhardus praco, Hainricus praco, Conradus Senfio, Haertvvicus, Burckardus & filius eius Conradus, Hainricus Rossein, Marquardus Slicho, Conradus Murator, Hainricus Faber, Vlricus Maifo, Wernherus Latinus, & alij quam plures. Acta sunt hac anno gratia clo. cc. x L V I I I. in claustro Dießensi. Et ad indicium talis justitia, pastor armentorum in foro claustro Diesfensi; vicino, Praposito Ecclesia Diesfensis dedit solidum legalems, ex quo fundatus est locus Diessensis, singulis annis, & adhuc XX. den persoluere tenetur? quia omnis locus pascualis in parochia Diessensi situs, ad ipsamo Ecclesiamo ex collatione Principum nobilissimorum de Wolfrathusen & de Andex spectare videtur. Hæc ibi. Verum diu post Hieronymus Præpositus' cum eadem. lis repeteretur, causa cecidito, & fundus ille municipibus adiudicatus est. Albertus autem, vt oftenderet, quameffet locus superior amandus, dignitati renuntiauit libens volénsque post nouennium & quadrimestre quam acceperat. Tumad bene moriendum sese comparans, anno vertente vicam clausic.

Sextum Præpositum Pollinga dedit, cum sua non obscura laude. Conradonomen suit. Cuius viri quò maior virtus erat, hoc magis, permirtente Deo, exercita aduersis. Namipso anno clo coli, quo ad regendum accessit, V. Id. Augusti, horrenda grandine pessum jerunt omnes sruges nostræ tam hibernæ quàm æstiuæ, tumin agro Diessensi, tum alibi, ad numerum XXC. prædiorum maiorum ac minorum, cum decimis septem ecclesiarum, nimirum. Brunnæ, verinsque Mæssing, Wessling, Frieting, Mischenried & Eschenloch, quibus malis non desuerunt aliæ vexationes & cruces quotidianæ; quas ramen Conradus velut alter Iobus animo inuicto superauit: & quod mirusa esse potest, in tantis calamitatibus non tantúm nihil prædiorum monasterium auertir, sed alia emit, alia olim oppignorata redemit, ac post annos Præposituræ XIII. cum dimidio, migrauit è vita.

VII

Ad scopulos delabitur historia, ad monastetij nausragium. Henricus homojuuenis, huius ecclesiæ Canonicus, anno clo.cc, lxiir. elestus, decesforum suorum dissimulatis optimis exemplis, in. diuersa abiit, cuius luxum, quia non ferebant redditus, prædia complura distraxit, & cuticulæ solum studiosus, de commodis ecclesiæ sibi commissæ nihil pensi habuit. Igitur cum Marop. Salib. Tom. 16.

Vi-

Us

ia.

m

in.

the

ال

m

n-

II,

If.

tæ

0-

0.

X.

n-

1.

8.

ė

11

Ä

j.

ć

3

t.

1-

C.

aliquando per Christi natalem totus sacerapparatus exauro, argento, ac gem. mis superarâ maximâ expositus, post Vesperas non in sacrarium reponeretur, fed in male munitum armaritin, altari proximum, coniiceretur; duo aurifabri, pictore socio, re observata, noctu armarium effringunt, quidquidauri, argenti, gemmarum aderat, asportant; vesticas iis facras reliquias haud procul a templo fundunt. Exeo facrilegio nihil restitutum, nifi parsgemmarum, abvno de furi. bus, Schongauiæ capitis damnato. Non poterat verò non l'entire tam graue da. num Henricus: sed dum criminis infimulat quem minime debebat, documen. to fuit, & quam caute in suspicionibus agendum, & quanta diligentia curandi fit, ne qui vult alios arguere, ipse habeat quod arguatur. Igitur vir nobilisde, Giffonumfamilia, ordine presbyter, conditione parochus in Fridling, Henricoalias exofus, in crimen vocatur. Giflo negar, & facinus à le coram ecclésiassi. cis judicibus legitime amolitur. Quamuis autem hominem iniuria morderet, persuaderi tamen passus est, ad pacem concordiamq; cum Henrico ineundam. sed ea diucurna haud fuir, & recrudescens in animo Gissonis infamis calumnia memoria vindiche modum obtulit. Ergò intempessa nocte cum sidis homini. bus cubiculum sui calumniacoris (nouerat scilicet, quid ibi inuenirer) per sene. straminscendie, Henricum (heu pudor) deprehenditinslagitio, & vna cumsee. leris conforte infigniter depalmatum, magna ignominia primum ad canobil sodales, tum ad Episcopum desert, à quo pro meritis acceptus, & malègessadi. gnitate exutus, vixit postea XXIX. annis vitam ærumnosam. VIII.

Anno clo. cc. Lxxv. Othogubernandi onus suscept humeris impari. bus. Henricum namque ipsum imitatus, à loci Ordinario derectus gradues, anno eius decimo.

IX.

Subitanno e lo ce e exxxv. Seifridus Bachreiter. Qui Hartmanno Epicopo pro confirmatione præsentatus, obiectis sibi variis criminibus, repulsamtulit. Domum reuersus quamuis tristis, tristitiam celauit tamen pulcherrime, Intereà dum sodales de subrogando alio diutius deliberant, ecce tibi, moritur Episcopus, Wolfhardo succedente. huic sistit se Seifridus, ac confirmationem obisnet nullo negotio. Verum post quadriennium, ob rem male administratam, &
maxime, quò d propinquis nimium studeret, abdicatus, ignominiam non tulit,
sed clanculum (incertum quò) abiuit,

X.

An. clo. cc. xc. ne, qui pessumdarer comobiu, deesser, denuò electus Otho est. Viginti prædia dilapidauit vno anno, quo sactu est, vt eu oluto quadrienno iterum loco motus, in pagum Schmiehen amandaretur, curam pastoralemei socianimarum nescio an melius gesturus, quam Præposituram.

X1.

Accitus est deinde ancio, cc. xciv. ex Schambaupten (caput verecundulatinè dixeris) Fridericus genere quam morib nobilior, neq is per ostiu ingressus in buile est, sed aliunde, artibus nimirum & ope suorum consanguine oru alcendit. Vt primum confirmationem obtinuit, equitibus (videtis pompam) amplius qui quaginta stipatus accessis sed longe aliter recessir. Na annus tertius vixus dimidius abierat, cum dissipata re familiari, desperatione captus, comitate vno famulo, nocturnam sugam cepit: & mane Conuentui, vt sibi alium pastorem legerent, renuntiari jussit. Ipse autem ad professionis sua monasterium reuersus, ibidem obiit inglorius

Miferin

XII

Misertus tandem Deus affliche nostre domus, salutem dedit in., manu femina. Mechtildis princeps, qua filiorum Ludouici (posted Imperatoris) & Rudolphi nomine superiorem Bauariam regebat, fando acceptis monasterij calamitatibus, ipsamet huc adiic, & Bertholdum Conradi, qui jus dicebat municipibus, filium (Scholasticum huius loci, vocat vitæ scriptor) hominem tunc laicum, sed rebus gerendis sane aptum, oeconomum (nec erat in domesticis, qui reclamaret) constituit. Is explorato mox domûs statu, deprehendit ad clo. lo ccc. libras den, ingentem per id tempussummams, in zrealieno, prædia L X X X I I. alienata. sed breuidexteritate tanta promouie rem familiarem, ve exhibitis Principi post biennium accepti & expensi rationibus, in Prapositum (nam regularem Canonicum jam anteà induerat) communi omniums confilio eligeretur, nec grauate à Degenhardo Episcopo confirmaretur. Erat autem litteris, vu illa tempora ferebant, liberaliter imbutus, corpore præualidus, prudens animi, lingua disercus, facio (ita loquitur historia cozua) terribilis, vitiorum vindex. Nouus igitur Præpositus ante omnia ad instaurationem collapsæ disciplinæ adiecta manu, consilio præcipuè Conradi vsus' est germani sui, monachi Dominicani. Conatum, boni viri plerique vita veteri affueti, adeò tulerunt ægrè, vu aliquando simul non. minus septem è frattibus excedereno, quorum tamen quinque, emendato posteà consilio, reuersi. Eorum abitu Berchtoldus nihil territus, adolescentulos recepit, quibas', quams voluit, formam facile impressiv. Porrò cum sodalitium. auxisse eousque, vo sedecim presbyteros habereo, oblaium instituit (certos quosdam redditus, in. vsus fratrum extraordinarios, ab ipsismet dispensandos) tunc fortasse, ob vigilantiam Præpositi tam naui, non malum; fed quod proprietatem posted inuexit, & aliorum vitiorum fons & origo fuit. Mechtildis autem viri virtutem suspiciens, ornanit eum anlicis honoribus. Assumpsit enim eums, inquit Chronicon., sibi ins principalems Capellanums, & sigilli sui secretarium: deinde constituit ipsum totius curia sua magistrum supremum & provisorem ; & renouauit elapsas dignitates libertatésque, priscis temporibus à nobilissimis Principibus Ducibus' Merania Praposito IV. Heinrico & omnibus successoribus concessas. Qua Principis gratia bene vius Berchtoldus, redemit prædia distracta, reparauit deserca, patronos colonorum (aduotatos vocanto alij) qui se intruserant in. partem pensionis, plurimos remouit. His accefficprædiorum aliquotab eodem Principe donatio. Obiit Berchtoldus anno Christic Io. ccc. xvi. gubernationis x i x. infesto SS. Trinitatis, cum in may tutinis Laudibus cantaretur Responsorium, Summæ Trinitati.

XIII

Et secundum Conradum (Berchtoldo non. dissimilem, sed suaviorem moribus) tentatio probauit, qui eodem anno Præpositus' creatus', dumautumno exeunte vitra Alpes negotiorum gratia moratur, Leopoldus Austrius, Friderici contra Ludouicum Cæsarem electi frater, terram Bauariam cum exercituingressus' armatorum, municipium cœnobiumque (excepto solo nostro horreo pistrinóque) ignibus deleuit, quarto autem post anno, ipsum quoque pistrinum cum omni supellectile hostili manu perito, & Præpositus Monachium, quam vrbem obsidebat Leopoldus, captiuus abdus stus sed Ludouico superueniente & obsidio soluta, & ille liberatus est. Qui Metrop, Salibb. Tom, Il.

Z

111

· ·

vt primum ex calamitate respirauit, mox instaurat monasterium. addit reparate afflicta belli clade prædia, oppignorata redimit, amolitur aduocatos. Dein distractis sundis aliquot remotioribus, emit alios propinquiores, & diuersarum ecclesiarum patronatus jura, decimas ac dotes. Et iam laborum sinem adueniste cogitauerat, cum ecce templum, odeio excepto, totum corruit equod ipse de nuo impensis magnis & sudoribus erectum, auxitetiam nouo S. Spiritus facello, adiuuante viro nobili V dalrico Widelshofer, cuius liberalitate sundatum, ibi est sacrificium quotidianum, nec dissimili exemplo Arnoldus à Maxenhausen, vt vxoris innocentis cædem expiarete, sacrum, aliud instituit in ara D. Leonardi. Sacellum denique S. Martini in Hæderen erexit Conradus ex ruinis. Qui cum præsuisset annos XXXIV. & menses propè duos, gubernaculum, deposut suapte sponte, anno clo. ccc. 11. sesso S. Alexij: quo die Conuentus Oblaium ditauit aliquot sundorum pensionibus, supérque vixit annis VIII. mense vno diebus circiter viginti. Sepultus in sacello S. Spiritus.

XIV

Heinricus inde Meilinger secutus, non Conradi, sed suo sed pessimo exeplo vixit. Prædia & sundos plurimos decimásque partim distraxitac vendidit, partim adeò oppignorauit, ven ulli omnino fructus inde perciperentur. Pecuniam verò inde consectam, vel luxu dissipauit, vel in propinquos essudit. Quo eius slagitio, eò deuentum est inopiæ, vecum sodales peractà rediuinà, pransumirent, inane autem esset penu & mensa vacua, & nec teruntius inarcà, necesse sacros calices cauponibus opponere, ve esset vende vineretur. Ausus tamen est in tantà suà dissolutione aliis seuerus esse: & nouum quidem carderem pro fratribus exstruxit, sed ipse anno præsecturæ X X VIII. dignitate proturbatus primus eo clausus est. Nihil gestit memorabile, nisi quòd non diuante quam abdicaretur, alrare B. Mariæ Virgini in templi parte insima erexit defunctus, tumulum ante altare S. Barbaræ accepit.

X V.

Ecclesia nostra iterum quassata, irerum succurrit patria Principis pia solicitudo. Ioannes superioris Dux Bauasia, Ludouico Casare dignus nepos, huc veniens, simul acciuit Vdalricum Schleher presbyterum, bona sama virum & peritum rerum agendarum, pastorem in Kænigsdorf; quem asseniente Ordinario, nec Conuentu repugnante Administratorem secit. Is officium tam nauiter impleuit, tam sapienter spiritualia cum temporalibus attemperatuit, vttandem Prapositus canonica electione siereta confirmaretur. Reparatuit ruinosa adissia, pradia redemit obarata, próque sacultatibus quas attulerat è saculo, decrenit multa diuino cultui augendo; è quibus est, vt Alma Redemptoris quotidie cantetur ante sacrum solemne. Vitam clausit anno regiminis vndecimo, pridie Idus Nouembris.

XVI.

Iacobus post eum Bienzenavver quadraginta ipsos ad elauum & ostoanmos sedit. Rem samiliarem satis vulter, sed impensis magnis procurauit; captato eorum, quibuscu agendum erat, sauore ac beneuolentia per larga symposis.
Sic multa, quæ Henricus Meilinger prodegerat, recuperauit. Qualis autem
quantusque suerit in disciplinæ regularis cultu, sacilè est cogitare. Oblaium(vrillius sæculi vtamur verbo) masorum ceterorum seminarium adhuc vigebat
& multa incommoda inuexerat; quæ vti tollerentur, Alberti Ducis opera, vocati sunt ex bene resormato Monasserio Vndersdorsens, qui Diessenses doce-

· 14. 関語を

rent meliora. Ii fuerunt Ioannes Schoen Magister artium, posteà Præpositus'; Andreas. Augustinus, Siluester, & quidam anonymus: quibus licer à nonnullis acriterresisteretur, constanter tamen in id, cuius grat à aduenciat, incubuerunt. Fama est, & lacobum Præpositum reformations obstitusse varias per artes, atque hanc fuitle caussam, vefimulata profectione Tyrolensi, in Rotenbuech venirer, hominem suis morib, similiorem designaturus successorem, Sepultus estautemantearam S. Crucis.

Thomam Vend Roten buchen sem Canonicum à Iacobo nominatum succefforum iam fignificatum est. Is vere pietatis reformatione vel non intellexit, velaliàs neglexit; ex æternæ oeconomiæ acreirufticæ scientior sudiofiorqs. Ad Tyrolensem vindemiam profectus, vitam ibi morbo finiit, annis Prapositura fuz euolum nondum plane tribus.

XVIII.

Conradus Sartoris subiit anno C10.ccco.xIvIII. Cuiuselectionem non. desuerunt qui studio ambitionis impugnarent: quod ille vtaduertit, furori concedendum ratus, renuncianit suo iuri. Verum caratione sue potius quieri consuluit, quam Monasterio, cui matores hincimpensa imminebanu. Ergò Augustam profecticum Conradi ambitiosi illi apud Petrum Episcopum & Cardinalem verbis supplicibus, apud ministros eius donis muneribusque, vefibi Præpolitus delignaretur, inftiterunt; nihil minus, quam de Conrado, cogitantes, sed sibi quisque optime sperantes. Petrus' corum perspectis artibus' & ambitu, lupos hiantes pulcherrime elufit, ac Conrado femeliam electo parere iusosremisir domum. Ille sic confirmatus, adificiorum alia resarciuit, ampliauitalia, noua alia construxit, nec Vndersdorffenses' interimrestituenda disciplina segniter aduigilabant. Ipse demumanno prafulatus decimo è corpore difceffit ix.Kal. Febr.

XIX. Conradum Marstaller occonomi deinde elegerunt, quib. horrori erat disciplina regularis, homine nec literis excultum, nec aliis regedis natum. Quam electi ineptitudinem Ioannes SchoeDecanus PetroEpiscopo coram exposuit. Resposum estabillo, Magister loannes, nonpossunt omnes esse magistri fed sufficit si alias fuerint dispositi & probi. Conradus accepta confirmatione lætus domum redir: fed qui in oeconomia laudem alicuius diligentia collegerat, hanc quoqi breui perdidit, indulgentia in confanguineas corruptus. Decanum :eformationi infudantem adeo non iunit, ve & manifesta quorundam crimina dislimularer. Eam ignauiam haud diurius tulere Dux Albertus & Petrus Casdinalis, qui abdicare inflo concesserunt tamen splendide viuendi liberalem apparatum; de cuius reliquiis ipfo mortuo frustra litigatum està consanguineis, Vixit Præpolitus tres annos, non multum post superstes.

XX. Tandem Icannes Schoen, hoc est, pulcher (& verè pulcher, qui tamdiu exulantem spiritualem pulchritudinem huic nostro Monasterio restituit) post vigintiannorum labores in Decanatu exantlatos, factus est Præpositus, Is resormatione, omnib, iam remoris sublatis, aggressus, fratres non ta verbo quam exemplo docuir & ve oues suas bonus pastor semper in oculis haberes, in comuni dormitorio, vti ex ipfis vnus, habitauit. Tum officiales potiores sui similes creauit, Vdalricu Illmunsterer Schirensem, ocononu, & Vdalricu Weilheimer, facularem quonda Canonicum in Monte sancto, Decanum. Sederant, quibus' iugum Christi durum erat & onus graue : ex quibus aliquando simul qua-

A Marketine

TOUT

ò

j.

Š

n

E

tuor Presbyteri furtim abierunt, & per internuncios. ve fibi vitam alibi liceret degere, obtinuerunt, Et aberat adhuc Ioannes Thorer, qui iam, Conrado gubernante, equo c'am discesserat, hostiles que ac minaces litteras miseratPra. posito. Enimuerò Conradi cos non timuit successor. Comperto per explorato. res lustro vagi hominis (erat autem tune in pago Menchingen) eum compre. hendit, & duro carcere constrictum vltra annum tenuit. Sed inuenit istan. dem, vnde euaderet, frusto quippe cocti lateris repagulum dissoluit, longo sed pertinacilabore. Ita cum erupisset, comparatis armis, nihil non hostilegessitin res hominesque Monasterij, equosabstulit, fabrorum incendit ligna, vnum famulum fagitta interfecit: grauiora ne faceret, Alberti Ducis & Petri Cardinalis intercessit auctoritas, qui hominem ad pacem minis com. pulerunt, his conditionibus, veià Monasterio extorris semperesset, civerd hine quotannis decem aurei, quam diu viueret, persoluerentur, qui tandem, in Rotenbuech vivendi finem fecit. Liberato itaque à lappis tribulique agroDomini, Præpolicus noster ex Vndensdorffensi professionis suæ Monaste rio nouam coloniam traduxit, in qua fuit & fuccessoreius Ioannes Zallinger, Accessit Petrus Hirs ex coenobio Rorensi, cuius sedulitatem testanturetiamnum pro choro scripti codices. Multas porrò impensas secit optimus Praposi. tus in nouas easque plane necessarias structuras. nam hortum Refectoriovicinum, sudibusadid vsque tempus male septum, muro cinxit bene alto; & totum Monasterium moenibus coepit portisque claudere. Eius quoque est totaædificatio, quæ nune partim habitatur à Præpolitis, partim ab hospitibus frequentatur. Fatiscentem vetustate S. Stephani Ecclesiam deiecit, Episcopi concessu, erexitque nouam. Ipsius preterea molitio est, turris operosa Eccle. fix maioris, quam septennio absoluit. Sacrum thesaurum cumulauit multis ornamentis, bibliothecam bonis libris, Abiitad meliorem vitam, anno laudatissima administrationis quarcodecimo, relinquens & disciplinam reste constitutam, & rem samiliarem optime instructam.

XXI.

Successor datus est votis conspirantibus, anno c10, ccc. LXXIV. Ioannes Zallinger, vultu quidem seuerus, sed in fratres pietate suauis. Qui quò facilius' disciplinam modò constitutam tueretur, suos otium vitare docuit, ac libris describendis occupauit. In negotiis ciuilibus tanta erat existimatione, vtin lite a-liquando nobili, quæ ad Cæsareum tribunal agitabatur, arbiter constitueretur. Ruine proximum sacellum D. Albani nouum secit, & in templo nostro chorum erexitin sublime, columnis nixum. Addidit granarium quadrato lapide. Mœnia, quæ decessor eius cæperat, absoluit. Eius temporibus vsque in Carinthiam imanitas Turcaru penetrauit: quæ caussa fuit, vt venditis, quos ibi habebam', redditibus censibus que, eodem pretio vicinos compararet. Porrò significatante centum annos scriptum chronicon, bonum alioqui virum extrema ætate morosiorem sactum, ac remissius agentem obtre catoribus non carusse. Mortem obiitan, c10,cccc, xcv1, x11. Kal, Martij, sepultus in vmbilico summi templi,

XXII.

Dehine Conradus Maurer compromisso (scrutinium tentatum quidem, sed caruerateuentu) est electus. Qui dum nominatur, lacrymas non tenuit, præsagas sortè calamitatis secutura. Erat quidé antea vegeto semper integroque corpore: sed breui morbo Gallico ac podagræ doloribus acceptus ita est, vt ad diem vsq; mortis lecto plurimum hærere cogererur, accessit malum gra-

uius, quò deum fama, seu vera seu falsa, luis venereæ suspitione consperserat. Chronicum nostrum vocat hominem minus doctum, & consequenter parùm prouidă. Fuit tamen in dispensandis temporalib, satis dexter, nec reru diuinaru negligens. nă templu maius lateritia testudine & organo, & aliquotaltaria sacrarum imaginum quà pictaru quà sculptarum tabulis ornauit: ara nouam investibulo honori Angelorum excitauit: sacellum S. Martini renouauit: pastorale D. Georgij Ecclesiam, mox ruinam minitantem, deiectam solo nouam reddidit. Eius insuper sunt opera, valetudinarium (quodiam in vostiarium conuersum est) & domuncula presbyteri ad S. Rassonem habitantis. Ipso præsidente exarssit bellum Palatinum in Bauaria, ad quod restinguendu conserre iussus est auteorum millia plus quatuor: quæ caussa fuit, ytæs alienum moriens relinquetet, Hieronymo Viti, qui successit, dissoluendum. Decessit anno cio. 10x11.

MXXIII.

Hic etiam frustrante scrutinio (ambisionem eligentium accusat auctor vita eius) percompromissum creatus, in illa incidit infausta tempora, cumus Lutherus Germaniam doctrina sua pestilentia assiatam miscere coepit seditionibus, bellis, sacrilegiis: qua res & Hieronymo incommodare visa est. Argumenta certe habeo minime obscura, itum bisc suisse in antiquum disciplinae chaos: & ipse, qui docere sanctitatem exemplo debuisser, impuram consuetudinem nescio cum quo domonis mancipio habebat, sciente & conniuente sacrò magistratu. Adrem domesticam pro temporu difficultate sat bene procuranit: & quamuis pradia nonnulla, vtimperatam in belli vsus pecuniamo conferret, alienarit; plura tamen rursus comparauit. At plures abiti atatis an, Li. Christi cio. 19. xxxv. Kal. Feb. cum Prapositus suisset annis xxii, ac sea mestri.

XXIV.

Depositum ab Hieronymo per mortem onus soannes Dietmair susception Weilheimensis, miti anima vir, in pauperes munificus, sibi temperans, orandi Dei studiosus, Bernardum, suum deinde successorem, habuit granario præsedum: qui abusus virilenitate impediuit, ne soannes admodum in refamiliari promouenda esset selix, quamquam, si verum est, quodadhuc narrant natu grandiores, ad bellum Turcicum ad aliasque patrix necessitates, supra viginti aureorum millia per annos totidem contribuit, mirum non est, pauxillum ab eo contractum æris alieni, aut vnum alterumue prædium oppignoratum. Mortis necessitati paruitanno c10.10.1011.111.Kal.Nouemb,

XXV.

Ioanni Bernardus eius ciuis mox suffectus est: quem laudare vellem, si verè possem mores certe hominis non meruere. Vinariam tabernam excitauir ad mœnia cœnobij, impensis sanè magnis, nullo impendio. Prædia non pauca, vendidit. Ergo tandem dignitate quam nouennio tenuerat, exutus est.

XXVL

Dein Vdalricus Trieg Buchloënsis, Sueuus, biennium Administrator au diit, Præpositus quinquennium; homo intemperans, oeconomiam vniuersam ita gessit slagitiose, ve successori nihil prorsus relinqueret pecuniæ paratæ, nihil vini, frumenti nihil, sed æris alieni multum. Nec tamen, quod sciama, fundorum, distraxit quidquam, (oppignorauit autem, nonnihil, redimen.

274 FUND. MONASTER. ET ALIOR.

dimendum successori) immo vnum emit & alterum, sacellum in Raumenthal construxit honori SS. Trinitatis, & Beati V dalriei. Tribus locis erexit Christis statuas è eruce cum latronibus pendentis, que tacere nolui, qui deteriora dixi.

XXVII.

Post hunc Ioannes Reismair Oderting natus ad Ambram, pago prouincia Landtspergensis, Pollingensis Monasterii presbyter professis & parochusia. Beisenberg, Vdalrico relegato Rotenbuchium, cateris de collegio per alia co. nobia dispersis, vtriusque magistratus auctoritate ad Diessensem vocatus Praposituram, Monasterio tam sur vtilis, quam noxii, qui eum proxime antecel serunt. Annos prasuit XV, desirque viuere IV. Id. April, anno cio. 19. 111.

XXVIII.

In eius locum codem anno scrutinio electus Balthasar Gunter Krälhon, ensis. (quæ villa solitaria est parocciæ Beisenbergicæ) in decessoris sui vestigiis, perrexit laudabiliter. Emit opimam vineam Terlaniad Athesia. Ecclesiam. S. Rassoni nouam camque ampliotem condidit. Depositi curam Cœnobijcum vita anno c10. 10c. x1. Nonis Februarij, sepulchrum nactus iuxta aram Sansia Annæ.

XXIX.

Simon Werlinus Landspergensis, post obitum Balthasaris, IV. Id. Mars, via Compromissi Præpositus creatus est, qui adhuc de suis præteritis, præsentibus, suturis actionibus Dei iudicium exspectat.

ANIMADVERSIO.

Pag. 259. v. 18. fundatrix, lege dominatrix, ita lapis. pag. 263. & feq. pro Diezhen pone Diezzen, ita codex MS, ead. pag. & feq. pro Oudalricus, Routpertus, de Boule, legendum de Buole, Ruotpertus, ficut Heluetij etiamnum gutt/tutt/mutt.

EBERSPERG MONASTERIVM SANCTI BENEDICTI:

EBER SPER G castrum oliminter Oenum & Sennonas, nunc Semptaamlem olim apellatam dicit, nunc Eberspergensis vocatur à Sighardo, Comite de
Sempta, aduersus Vngarorum irruptiones, admonentib. sacris vatibus, Conrado de Hevva ex Hegouia, & Gebhardo Argentinensi sanctissimis ac facundis
simis eius temporis viris, conditur. Ab apro quem ibi inuenit, Ebersperg nomen accepit, circa annum 900.

EBERHARDVS & Adalbero, Comites de Sempta, Nepotes Sighardi ex Ratholdo filio. post bellum Vngaricum, cui Anno Domini 955. intertuere, cum Sorore Wilpirga Templum diuo Sebastiano in arce sua Ebersperg construxerunt, An, Domini 970. lpsi paucis post diebus mortui sunt, & hæc sunt principia huius Monasterij.

VLRICVS, filius Adalberonis, cum coniuge sua Richarda, soroco Marquardi, Carinthiæ Marchionis, Eberspergij Collegium, pro Monachis' Augustinianis' instituerunt, ipsa obiit 1013.ipse 1019.ambo ibidem sepulti.

ADALBERO cercius, filius Vlrici, cum., coniuge Richildi, forore Wel-